TENTAMEN HISTORICUM

DE

MEDICINA

VETERUM SEPTENTRIONALIUM,

CUJUS

PARTICULAM IVAM.

PUBLICO OPPONENTIUM EXAMINI

SUBMITTIT

JON GISLESEN,

IN

AUDITORIO

COLLEGII MEDICEI

DIE JUNII 1782.

h. p. m. f.

HAVNIÆ

Excudebat H. C. SANDER.

at mein hennar myndi vera af völdom kóngs. Enn þar kom þvi máli, at mein hennar giördiz med meira móti, enn þat þætti, at af manna völdom væri. Voro þá kóngi ord giör, at hann legdi til nockot heilrædi. Kóngr kom til oc leit á vanheilſo hennar, oc mællti til Halldórs: Sva ſtendz á om ferdir minar, at ec má her ecki dvelia at ſinni, ec verd fara at finna Drottningo, þviat hun er ſiuk, oc er þat met miklom ábyrgdom, enn vanheilſa dottur þinnar er mikil, oc þiki mer þat líkazt, at hun hafi lagiz at vermſlom nockrom at drecka, oc mun hún ſólgit hafa Yrmling nockorn lítinn, oc mún ſá hafa þróaz í qvidi hennar. Nû ſkiptir eingo om herviſt mina, enn rád mun ec til kenna at gera at þeſſo meini, þat, er mer þiki hóti likazt at dugi, oc er þat þó med mikilli hætto. Þer ſkulut hallda fyri henni drycknom, ſo at hún nái ei at drecka, þótt hún kalli til. Hún man þat illa þola, oc ſkulut þer ei gefa at þvi gaum. Þá ſkulut þer færa hana þar til, ſem vatn fellr at biargi fram, oc ſtemmit af vatn fallino ſo lítit, at ei falli meira þar ofan, ſem þer erot, enn driupi miöc ótt, en verit þó ſo nærri læcnom, at giörla heyri Foſs fallit. Þar ſkal hallda upp vadmál, ſem þer erot undir bergino, ſkal hún þar liggia á ſem hógligazt, oc búit ſo om, at ſem mezt þyrſti

 þann,

þann, ſem med henni byggir. Látit hana þar undir, ſem driúpi ſmám oc ſmám i munn henni, enn hún nái eingom drycknom. Ver þá Halldor nær ſtaddr med vapn nockot hvaſt, oc ef ſo fer, ſem mic varir, at ſá leiti vatnſins, ſem med henni er, þá hallto vörd á, ef hann leitar út om munninn, oc lát þó ei ſiá þic. Varaſto þat ſem mezt, at þú rád ei fyrr til, enn úti ero bægſlin oc hiartat, þviat framhlutr ormſins byrr yfir eitri, enn þat ſkiptir eingo, þótt hinn eptra hlut mellti. Farit ecki at þvi, þó hún mæliz om hörmoliga, þviat þetta metti hún meira, (mætti henni meira) ef vel villdi takaz. Enn giptan má ráda oc árnan hins helga Ólafs kóngs, kallit á hann med Gudi til hiálpar, oc hafit þeſſa alla medferd ſem nú hefir ec tilkennt. Fòr Kóngr þá brott; Enn Halldorr giördi ſem Kóngr hafdi fyri ſagt. Var búit om hana under bergino oc draup vatnit i munn henni ſo ſmám, at hana þyrſti at meirr. Hún mælltiz om illa, oc letz ei þeſs vara, at fadir hennar mundi ſo vilia qvelia hana, enn vera kann, ſegir hún, at her komi fram grimmleikr Haralldps kóngs. Enn þeir menn, ſem nær voro, leto, ſem ei heyrdi, hvat er hún qveinadi, fadir hennar ſtód hiá med Sax brugdit, oc þó leinilega. Þvi næzt ſá hann, hvar kom fram tríóna ecki þeckileg úr munni

munni hennar, oc hvarf þegar inn aptr, oc litlo ſídar kom ormrinn fram ödro ſinni oc ſkygndiz om, oc villdi giarna vatnit, mátti þá nockro meirr ſiá vöxt hans, enn hit fyrra ſinn, enn þó ecki ſo, at til hanş væri rádandi, hvarf hann enn ínn aptr. Hit þridia ſinn kom hann út, ſo at HALLDORR ſá giörla bægſlin, kalladi hann þá einkanliga af öllom húg á ÓLAF kóng med Gudi, red hann þá til, oc hió ſundr orminn fyri framan munn hennar fell þá út höfut hlutrínn, enn hinn rendi inn aptr, oc nidr i qvid hennar. Hún vard vid þetta ſo máttlítil, at hún ſyndiz þeim miöc ſo daud, fóro þeir þá heim med hana ſem hógligazt, oc nærdiz hún, ſo ſem fráleid, oc var hún þó leingi máttlítil, var þá á henni hugar ótti oc qvidi, ſo at meinum ſætti, var þá ſent eptir Kóngi, oc er hann kom til fundar vid hana, villdi hún ecki vid hann mæla, enn er hann ſpurdi, hvi þat ſætti oc leitadi marga vega tals vid hana, þá ſvaradi hún om ſídir; ſagdi hann hafa ſynt ſer mikinn grimmleik i ſínom tillögom. Kóngr ſvarar, ei ſkal ſú raun á verda, mundir þú leingi hafa fæddan med þer vondan geſt, ef ei væri þetta atgiört, enn nú má vera, at þú verdir heil, ef gud vill. Þa mællti kóngr, nú ſkal heita fyri henni einkanliga á MARIO Guds módur, at INGIBIÖRG ſkal ſinga á uppnumingardag hennar *beati immaculati*, oc

ſiö

siö Sálma, at hun verdi heil. Eptir þetta heit batnadi henni dag frá degi, so at á skammri stundo vard hún alheil. þótti þá sem fyrr sá qvennkostr einhverr beztr i Noregi.

i. e. *Erat vir potens in Norvegia nomine* Halldor, *Regis* Haralldi *amicus*, *filia ejus audiit* Ingibiörga *fœmina sapiens & pulcra. Rex* Haralldus *apud* Halldorem *sæpius convivatus est, cum in Throndheimo esset, cui jucundum erat sæpe cum* Ingibiörga *colloqvi, nam fuit multiscia, deqve multis rebus sapienter narravit. Accidit autumno qvodam, ut* Ingibiörga *gravem caperet morbum: alvus ei intumuit, eamqve graves infestarunt ardores & sites. De valetudine sua coram multitudine conticuit, de qva adeo variæ erant conjecturæ: conjiciebant nonnulli malum ejus a Rege ortum esse, sed res tandem eo venit, ut malum istud magis ingravesceret, qvam ut ulli viro imputandum esse videretur. Tunc Rex per nuntium imploratur, ut daret aliqvod salutare consilium. Venit illuc Rex, morboqve dijudicato,* Halldorem *ita alloqvitur: De itinere meo ita res habet, ut hic hac vice morari neqveam, Reginam visere necessum habeo, nam ægra*

est, & qvidem valde periculose: sed valetudo filiæ tuæ est gravis, mihiqve vero simillimum videtur, qvod ad tepidos (verminosos) rivulos procubuerit bibere, ubi vermiculum qvendam parvum ingurgitaverit, qvi in ventre ejus deinde increverit. Jam de mansione mea nihili refert, sed consilium dabo ad hujus mali medelam, qvod ad efficaciam maxime probabile credo, magnum licet periculum subsit: Abstinete illam potu, ne bibere ei liceat, qvanqvam reqvirat. Hoc ea ægre feret, at vos id ne curetis. Tunc illam eo asportate, ubi de saxo decidit aqva, atqve tantillum de rivo deducite, ne plus decidat, ubi estis, qvam ut creberrimæ stillent guttulæ, sed estote tamen ita prope rivum, ut cataracta facile audiatur: ibi expansus sustentetur pannus, ubi sub saxo estis, in qvo illa qvam mollissime cubet, itaqve parate, ut qvam maxime sitiat is, qvi in ea habitat; ibi illam supponite, ubi paullum paullumqve in os ei instillet, haustum tamen nullum nanciscatur. Sis tunc HALLDOR *prope constitutus cum telo qvodam acuto, siqve ita evenit, qvod suspicor, ut is aqvam qværat, qvi in ægra colit, tunc observes, si per os exitum qværat, cave tamen, ne videaris: Id vero omnium maxime cura, ne prius impetum facias,*

cias,

cias, qvam extra os sint brachiola & cor; pars enim vermis antica venenum in se continet, sed nihili inter est, pars licet postica ventre digeratur: illa qvamvis misere lamentetur, ne curate, hoc enim ipsa præferret, (magis illi prodesset) *si bene successerit, sed fortuna rem regat & intercessio Regis divi* Olafi, *qvem cum Deo in auxilium invocate, omniqve hac utimini ratione, qvam jam docui. Tunc Rex discessit,* Halldor *vero ad præceptum Regis singula instituit. Illi sub rupe paratum est, & aqva in os ejus ita paullatim destillabat, ut magis sitiret; Graviter hinc conqvesta id se suspicatam esse negabat, qvod pater suus in animum induceret se ita torqvere, at fieri potest, inqvit, ut crudelitas Regis* Haralldi *se hic exserat. Illi autem, qvi aderant, dissimularunt se audire qvicqvid lamentata erat. Pater ejus cum stricto gladio, clam licet, adstitit, deinde vidit rostcum aspectu haud jucundum ex ore ejus porrigi, atqve illico intro recedere. Et paulo post vermis altera vice prorepens circumspiciebat, aqvam avide desiderans, tunc paulo amplius, qvam antea magnitudo ejus perspici potuit,* (sed non adhuc tantum :o: prominuit), *ut tute esset aggrediendus. Tertia vice in tantum prodiit, ut* Halldor *brachio-*

brachiola beno perspicere posset, qvi tunc toto animo Regem Olafum *cum Deo enixe invocavit, impetumqve fecit, vermemqve ante os filiæ dissecuit; sic pars capitalis excidit, postica vera pars intro refluxit, & in ventrem ei deorsum. Vires foeminæ hanc ob rem adeo erant qvostratæ, ut fere mortua iis appareret, qvæ clementissime domum reportata tractu temporis viribus licet diu exiguis revaluit. Tunc terror animi & anxietas illam infestarunt adeo, ut morbus inde evaderet, unde ad Regem missum est, qvi cum illam convenerat, cum eo loqvi recusavit, sed de causa scissitanti, & varie illam ad sermonem allicienti tandem respondit dicens illum consiliis suis in se inmanem crudelitatem exercuisse. Non, inqvit Rex, ita eventu probabitur, diu enim tecum aluisses malum hospitem, nisi hoc factum esset, sed nunc fieri potest, ut, Deo volente, convalescas. Tunc Rex adjecit: nunc pro ea vota fiant singulariter* Mariæ *Dei matri; canat* Ingibiörga *die exaltationis ejus Beati Immaculati & septem psalmos, ut revalescat. Hoc voto concepto, indies ei melius esse cepit in tantum, ut brevi integræ sanitati restitueretur. Deinde illa, uti antea, inter virgines in Norvegia exoptatissimas habebatur.*

Tota

Tota hæc narratio, ſi attente conſideretur, haud pauca qvidem docet, qvæ Excelſo huic Norvegiæ Principi laudi ſemper vertentur; nam officioſa in eo humanitas ſe luculenter manifeſtat, qvum graviter afflictam regiam ſui conjugem relinqveret, ut filiæ hominis privati opitularetur, ſed ſtatim reverti neceſſe habebat ut Reginæ proſpiceret: unde veriſimiliter concludo nullum ibi locorum adfuiſſe Medicum, cui ſalutis ejus reſtaurationem committere tuto potuerit. De manſvetudine omni medico neceſſaria teſtatur ejus cum revaleſcenti Ingibiörga colloqvium, qvæ imprudenter licet crudelitatem conſilii ei objiceret, atqve cum eo colloqvi nimis diu recuſaret, haudqvaqvam iratus prudenti lenitate neceſſitatem facti ei demonſtravit, & id, qvod religioſus Rex optime conducere putabat, commendare perrexit. Sed prudentia ejus medica, qvæ ſagaci tantum ingenio exercetur & experientiæ natales debet, imprimis eluceſcit loco allato, omni enim ævo difficile fuit, imo haud raro impoſſibile medicis hoſpitantes in humano corpore expellere vermes, qvod ſpeciali hac medendi ratione obtinuit, de qva ſuo loco ulterius ſum commentaturus.

Memo-

Memorata jam loca ſatis licet commonſtrent Regem HARALLDUM in optimis antiqvi ſeptentrionis medicis eſſe numerandum, ut tamen uno loco habeantur in hocce tentamine, qvæ, uti notatu digniſſima ex ejus vita huc ſpectare ducebam, ſingularem hanc narrationem adjicere non dubitavi, qvæ præter alia oſtendit, qvod etiam, dum dux erat Varingorum (ſive cohortis præſidiariæ Imperatoris) Conſtantinopoli, ob ſuam ſapientiam & artis ſalutaris notitiam valde fuerit celebris. (q)

Erlendr het madr, hann var væringi þar i gardinom, kona hans feck vitfirding. Erlendr bad Nordbrict gefa nockot rád til heilſobótar henni, þvi hann var kalladr ſpakr madr. Nordbrict qvadz ſkylldi vid leita fyri bæn hans. Fór hann ſídan til herbergis hennar, oc átti tal vid hana, hún tók þvi ecki illa. Þar kom hans tali, at hann bad hana ſýna ſer gripi ſína oc gerſemar, hún gerdi ſva. þa mællti Nordbrict: hvadan hafa þer komit ſva ágiætir gripir oc ſágiætar gerſemar? hun letz ecki mikit afvita. Hann mællti: ec þikiunz vita, at geſnir muni þer hafa verit þeir gripir, ſem ágiætaztir ero, hún ſagdi ſva vera. Hann ſpurdi

 hvario

(q) Fragmentum hiſt. MAGNI BONI ex Hryggiarſtycki.

hvario hún hafdi launat þeim, er henni gaf gersemar, hún qvadz eingo launat hafa. Þat sómir ei sagdi hann, oc mun ec gefa þer einn ágiætan grip, at þú launir þessar gersemar, hun játti þvi. geck hann þá brott, oc let giöra gullkross einn, oc sídan vigia. Eptir þat geck hann til fundar vid hana annat sinni, oc færdi henni krossinn oc mællti, nú vil ec at þú segir mer glöggliga, hvörso háttat er om hag þinn. Hún svarar: madr sá vitiar mín til reckio minnar om nætor, at mer verdr vel fyrir augom, oc hetir hann gefit mer alla þá gripi er ec á bezta. þá mællti Nordbrict nú giördir þú vel, er þú sagdir mer hid sanna, skal þú nú þenna hiá þer hafa, er ec færda þer, oc gefa honom, þá er hann kemr til þín. Geck Nordbrict þá brott, oc sagdi Erlendi hvad om var, oc skulom vid halda vörd á, ef þessi madr vitiar hennar. Litlo sídar var þat eitt qvölld, at þeir sá mann gánga til herbergis hennar, sá madr var bædi mikill oc vænn, oc sva syndiz þeim allstadar, þar sem þeir mátto siá bert hörund hans, sem gulls litr væri á, oc þegar stie hann i reckio hiá henni, syndi hún hönom krossinn oc mællti; Nú vil ec ei þiggia at eins af þer, so margar giafir, er þu hefir mer

færst

fært ſva at ec launi eingo, vil ec gefa þer þeſſa gerſemi; Enn er hann ſá kroſſinn, vard hönom íllt vid, oc hvarf þegar, enn hún lá eptir i ſænginni miöc máttfarin. Þeir Nordbrict oc Erlendr helldo vörd á henni, oc nærdo hana, ſem henni (forte þeim) þótti vænlegazt. Þeſſ get ec, at þeſſi hafi verit fordom daga einn vondr madr, ſagdi HARALLDR, oc hafi ſídan trillz, oc ordit at ormi, oc mun liggia á gulli. Eda vitit þer nockor orma bæli her i nànd? Hönom var ſagt, at þat var vizt. Nordbrict fór þángat til vid marga menn. Enn þar, ſem, þeir ſá ormabælit, voro biörg ſva brött oc há, at þeir mátto ecki tilkomaz, báro þeir þá ſaman vid mikinn oc giördo bál á (at) biargino. Enn er elldrinn tók miök at ſækia bálit, kom fram úr helli þeim, er var í biargino, trióna mikil oc ei þeckileg þá mællti Nordbrict; ei ſám ver her meira atgiört at ſinni, munom ver ſnúa aptr til borgarinnar, enn mun þetta vera meiga, at þeſſom dólg hafi leidz elldrinn, oc myndi leita at færa á brott bygd ſína Oc á næzto nótt eptir þetta dreimdi bónda einn, at madr kom at hönom, oc bad hann liá ſer ſkip at flitia föng ſín, oc ſagiz mundi leggia leigo eptir. Bóndi þóttiz liá hönom, oc om

 myr-

myrgininn, er hann vaknadi, fór hann til ſkips ſíns, oc ſá, at þat hafdi nylega haft verit, oc i ſtafni ſkipſins var mikit ſtaup af gulli: en ecki vard ſídan mein at þeſſo qvikindi. Feck kona Erlends eptir þetta heilſo ſína.

i. e. *Erat vir qvidam nomine* ERLENDUS *ibi in urbe* VARINGUS, *cujus uxor in amentiam incidit: Conſilium huic ſalutare* ERLENDUS NORDBRICTUM *popoſcit, hic enim vir ſapiens audiebat, cui prece commotus rem ſe tentaturum annuit* NORDBRICTUS. *Deinde habitaculum fæminæ inviſens colloqvium cum ea iniit, qvod illa haud male excepit. Venit eo ejus colloqvium, ut res ſuas pretioſas & cimelia ſibi monſtrare ab ea poſtularet, qvod illa etiam fecit; unde tibi, inqvit* NORDBRICTUS, *res tam pretioſæ tamqve rara cimelia venerunt? ea id ſe parum ſcire ſimulavit. Conjicio, inqvit ille, datas tibi fuiſſe res maxime pretioſas; qvod ita eſſe annuit. Ille interrogavit, qvo remunerata eſſet datorem cimeliorum: illa negavit ſe ullo munere remuneraſſe. Id, reſpondit ille, haud qvaqvam convenit, tibi igitur dabo unam rem inſignem, qva hæcce cimelia remuneres; qvod illa approbavit. Tunc abiit, crucemqve auream fabricari, deindeqve conſecrari curavit. Poſtea illam*

Iam altera vice invisit, *cruceqve ei oblata ita loqvitur*: *Nunc volo*, *ut mihi clarius indices*, *qvomodo res tua se habet*; *cui respondit*; *homo me in lecto meo visitat noctu*, *qvi arridet oculis meis*, *is dedit mihi omnes res illas pretiosas*, *qvas præstantissimas habeo*. *Bene*, *inqvit* NORDBRICTUS, *fecisti nunc*, *qvod veritatem mihi narrares*, *hanc jam apud te habeto*, *qvam tibi attuli*, *illiqve offerto*, *cum ad te venit*. *Sic* NORDBRICTUS *abiit*, ERLENDOQVE *retulit*, *qvo in statu res esset*: *atqve observabimus*, *inqvit*, *si iste homo illam inviserit*. *Haud ita multo post vespere qvodam accidit*, *ut hominem qvendam habitaculum ejus adire viderent*, *qvi insignis erat & statura & forma*, *atqve illis ita apparuit*, *ac si*, *ubicunqve nuda conspiciebatur cutis*, *aurei esset coloris*; *statimqve ille ejus lectum ascendit*, *cui illa crucem ostendit his verbis*: *nolo*, *solummodo accipere tot dona*, *qvot mihi obtulisti*, *& nullo remunerare*: *hoc cimelion tibi reddam*. *Sed crucem aspiciens ille male perturbatus est*, *& statim evanuit*: *illa vero recubuit lecto a viribus admodum defecta*. *Ambo* NORDBRICTUS *&* ERLENDUS *ei advigilantes illam refocillarunt*, *uti ei* (forte illis) *optime convenire videba-*

 tur

tur. Conjicio, inqvit HARALDUS *fuisse huncce hominem olim neqvissimum, qvi deinde furore diabolico correptus in angvem fuerit conversus, credoqve illum auro incumbere: scitisne autem qvodđam angvium cubile alicubi esse in hac vicinia; Responsum est ei ita sane esse.* NORDBRICTUS *multis stipatus illuc tendebat, sed ubi serpentum cubile conspiciebant, ibi saxa erant tam prærupta tamqve alta, ut nullo modo accedi posset. Tunc ingentem lignorum struem congesserunt, pyramqve in saxo* (forte ad saxum) *exstruxerunt: cum vero ignis rogum valde incendere cæpisset, prodiit ex antro, qvod in saxo erat, rostrum prægrande & haud qvaqvam aspectu jucundum. Tum fatus est* NORDBRICTUS, *non plura hic efficere valemus hac vice, ad urbem igitur revertemus, sed fieri potest, ut hostem hunc flammæ tæduerit, suamqve habitationem auferre studuerit. Atqve proxima nocte rusticus qvidam somniavit, qvod homo se conveniret & peteret, ut navem ad rem familiarem deportandam sibi commodaret, naulumqve se relicturum esse polliceretur. Rusticus ei commodare sibi visus est. Mane autem expergefactus navem suam adiit illamqve nuperrime adhibitam fuisse animadvertit, inqve prora ejus ingens ex auro* po-

poculum fuit depositum. Nullam vero noxam postea importavit hæc bellua: Atqve postea uxor ERLENDI *sanitatem suam recuperavit.*

Sunt non pauca qvidem hoc loco allata, qvæ directe non pertinent illuc, ut iis proprie ostendatur laudatissimum Regem medicum fuisse, attuli tamen integrum locum, utpote valde notabilem eo usqve, ubi memoratur uxorem ERLENDI sanitati fuisse restitutam, qvod lectori neqvaqvam ingratum fore arbitror. In fronte memorati loci occurrit qvidem Rex HARALLDUS sub nomine NORDBRICTI, qvod neminem in eum inducere debet errorem, diversas illos fuisse personas, nam vita ejus testatur, qvod statim, cum constantinopolin venerat, hoc nomen assumserit, qvod politicis rationibus adductus fecerit, necesse est. Hoc vero nomen teste celeberrimo GUDM. MAGNÆO verbo tenus significat SEPTENTRIONIS SPLENDIDUM, qvod è Lingvis Anglo-sax. & Cambro-brit. clarum esse observavit vir eruditissimus. Tunc venit relatio hominis illius miræ indolis, qvi uxorem ERLENDI infestabat, serpensqve auro incubans habebatur, qvæ apprime convenit cum ea, qvæ fertur de serpente FAFNERO, qvi in Vita SIGURDI FAFNERICIDÆ memoratur, qvod ex homi-

ne ſerpens factus ſit immanis; Præterea a ſeptentrionalibus vetuſtis vulgo credebatur angves auro incubare in deliciis habere, atqve aurum & angvem eadem proportione increſcere. Ex hoc angvium deſiderio auro incubandi provenit vulgare illud proverbium de homine, qvi nimis tenaciter rem qvandam aſſervat; Hann liggr á þvi, ſem ormr á gulli. i.e. *Illud incubat, ut angvis aurum.* Cum vero hæc materia majorem reqvirat commentationem, qvam ut ſcopo meo hac vice conveniat, illam impræſentiarum miſſam facio. Ad ultimum ex hoc loco manifeſtum eſt, qvam celebris fuerit HARALLDUS CONSTANTINOPOLI ob notitiam ſuam in arte medica, qvem primario conſuluit ERLENDUS de ſalute uxoris ſuæ, in urbe licet METROPOLI iis degeret tempeſtatibus, cum Regina Zoë & Imperator Conſtantinus Monomachus ad gubernacula Imperii ſedebant, qvi litteratos in deliciis habuiſſe fertur, unde valde probabile eſt medicinam ſub illo, uti alia ſtudia, in GRÆCIA viguiſſe, nullum tamen HARALLDO æqve in arte inſignem vero ſimiliter novit, pleriqve enim tali urgente neceſſitate pro ſe & ſuis eum adhibere ſolent, in qvo ob perſpectas in arte virtutes maximam fiduciam eſſe collocandam autumant.

Jam